Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Libri status Ecclesiarum Regularium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Visual Library

eleemoſina faciunt, datur illis hæc merces ex illa eleemoſina.

Libri de ſtatu hoſpitalium.

IN ijs libris, præſertim de locis pijs, inter alia deſcribatur ſummatim hęc, ſi poſſit.
Fundationes.
Erectiones.
Confirmationes.
Statuta.
Regulæ.
Priuilegia.
Ad quem ſpectat confirmatio, electio ve Præfectorum, ſeu Deputatorum.
Ordinationes quæcunque.

Libri ſtatus Eccleſiarum Regularium.

IN Eccleſiarum Regularium ſtatu, deſcribat etiam hæc præter alia.
Reddit' emphitheotici. Redditum Monaſterij ſummatim.
Numerum Religioſorum qui conſueuerunt ibi morari.
Tum inter illos quot ſacerdotes.
Quot Miſſæ quotidie celebrentur communiter.

Libri ſtatus Monialium.

IN ſtatu verò Monialium, ſiue exemptarum, ſiue quouis modo ſubiectarum iuriſdictioni Archiepiſcopi, deſcribat conſtitutionem numeri earum factam ex Decreto Trident. & Congregationis; & quando; & à quo facta ſit; & quomodo de ea conſtet.
Tum etiam an conſueuerint retinere puellas educendas.

Libri de iuribus Archiepiſcopalibus.

DE iuribus autem Archiepiſcopalibus, præter librum Inuentarij bonorum & Iurium Menſæ Archiepiſcopalis, habeat hos etiam libros, & ſcripturas.
Librum authenticum omnium inſtrumentorum ad menſam Archiepiſcopalem pertinentium hucuſque factorum, cum indice.
Item alium ſimilem authenticum omnium eorum quæ deinceps fient, cum indice.
Librum etiam Inuentarij ſcripturarum authenticarum, & inſtrumentorum omnium, de fictis libellariis, decimis, & aliis quibuſque ad eandem menſam pertinentibus, cum indice alphabetico ordine materiarum.
Habeat etiam libros infraſcriptos ad Vallem ſoldam pertinentes.
Librum, in quo ſint regiſtrata iura Archiepiſcopalia in illam Vallem.
In alio libro Statuta Vallis, & Priuilegia, Reformationes, & Decreta Archiepiſcopalia, proclamata & edicta.
In alio libro.
Deputationes Auditorum.
Prætorum.
Fiſcalium.
Notariorum.
Syndicorum.
Habeat Regiſtra literarum ad illa loca in regimine temporali.
Filcias literarum ab illis partibus ad Archiepiſcopum, & Auditorem.
Regiſtrum gratiarum, licentiarum, & expeditionum.
Librum Memorialium ſummarium.
Filciam Memorialium inde ad Archiepiſcopum, vel ad miniſtros eius.
Habeat libros & ſcripturas ad iuriſdictionem Archiepiſcopalem aut Eccleſiaſticam pertinentes, vt infra.
Libros proceſſuum ſingulorum expletorum, cum indice alphabetico cauſarum principaliter reſpicientium ipſam iuriſdictionem expreſsè, vel eius violationem directè, non autem incidenter.
Filcias informationum, literarum patentium, & aliarum ſcripturarum ad id pertinentium.
Acta Congregationum ſuper huiuſmodi cauſis.
Regiſtra literarum ad Vrbem Romam ſuper his. (ma.
Filcias literarum ſuper his ab vrbe Roma Acta, ſcripturaſve Romæ factas ſuper his; ſeriem cuiuſcunque cauſæ grauioris in librum relatam, etiam quò ad regiſtra, & filcias literarum, & alias eiuſmodi ſcripturas.
Indicem Cauſarum, & proceſſuum, & ſcripturarum, quæ indirectè pertinent

ad